Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

genus acquirit ad monumentum
et p ambens videt linteamina
sola posita. Et abiit le
cum mirans quod factum fuerat.

Feria vj. Ad romanos.

Fratres. Certus sum ego ipse
de vobis. quia et ipsi plenum estis
dilectione. et repleti omni scientia.
ita ut possitis alterutrum mo
nere. Audacius autem scripsi vo
bis fratres ex parte tamquam in me
moriam vos reducens. propter gratiam
quae data est mihi a deo ministe
rum christi in gentibus sacrificans evan
gelium dei. ut fiat oblatio gen
tium acceptabilis sanctificata in spiritu
sancto. habeo igitur gloriam in christo
iesu domino nostro. S. matheum.

In illo t. Accesserunt ad iesum
discipuli iohannis dicentes. Quare
nos et pharisaei ieiunamus
frequenter. discipuli autem tui
non ieiunant. Et ait illis iesus.
Numquid possunt filii sponsi lu
gere quamdiu cum illis est sponsus
Venient autem dies cum auferetur
ab eis sponsus. et tunc ieiunabunt. Nemo autem mittit com
missuram panni rudis in vesti
mentum veterem. Tollet enim ple
nitudinem eius a vestimento et
peior scissura fit. Neque mittunt
vinum novum in utres veteres. alioquin rumpuntur utres. et vinum
effundit. et utres pereunt. Sed

vinum novum in utres novos
mittunt et ambo conservantur.

Jubilate deo omnis terra. Antiphona.
Psallite nomini eius. Laudate eum alleluia.
Psalmus. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua domine in multitudine virtutum
Deus misereatur nostri. benedicat nobis tuae.
Tribus ut in via possimus
recipere iustitiae veritatis tuae lu
men ostendis. da cunctis qui
christiana professione censentur. et
illa respuere quae huic inimica
sunt noti et ea quae sunt apta sec
tari. Per. Iohannis c. b. petri apli.
Rum. Obsecro vos tamquam
advenas et peregrinos ab
stinere vos a carnalibus deside
riis. quae militant adversus animam
Conversationem vestram inter gen
tes habentes bonam. ut in eo quod de
tractant de vobis tamquam de ma
lefactoribus ex bonis operibus vos
considerantes glorificent deum in die
visitationis. Subiecti estote
omni humanae creaturae propter deum.
sive regi qui praecellit. sive du
cibus tamquam ab eo missis ad
vindictam malefactorum laudem
vero bonorum. Quia sic est volun
tas dei. ut benefacientes obmutes
cere faciatis imprudentium homi
num ignorantiam. Quasi liberi et non
quasi velamen habentes malitiae
libertatem sed sicut servi dei. Omnis